



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 96. Pontificis studium in emendandis moribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„inquietabat, jamjam jurejurando firma-  
 „vi, quocirca eos quoque non modo  
 „lingua, sed & opere exequi paratus  
 „sum.„ Eodem tempore Senenses  
 mox percepta illius electione eum sup-  
 plices adibant, ut eis opem ferret, at-  
 que in illis, ad quas redacti essent, an-  
 gustiis eos in fidem suam reciperet, cum  
 spe freti viverent, quod propriæ suæ  
 Patriæ misereri vellet: ast illis signifi-  
 cari hæc fecit: Senensem civem priva-  
 „to favore agere haud possum, quin com-  
 „munem omnium Christianorum Pa-  
 „trem exuam, quapropter potius tem-  
 „poris necessitati serviant, nec ab iis,  
 „quorum arma palmis florere sciunt, con-  
 „ditiones nimium duras exigant. „

## §. XCVI.

*Pontificis studium in emendandis  
 moribus.*

Cum summus Pontifex ad componen-  
 da Religionis diffidia Synodum re-  
 staurari ardentem desideraret, hinc qua-  
 dam die cum Cardinale Mantuano hac  
 super re conferens agebat: „hucusque  
 „ea res minus ex voto succellit, eo quod  
 „medium magis opportunum non fue-  
 „rit quæsitum; prius enim integræ re-  
 „formationi incumbendum est; hac  
 „quippe via brevi vera tollentur diffidia  
 „& potior controversiarum pars vel ex  
 „se

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1555.

Spond. hoc  
 ann. n. 6.



Sæcul. XVI., se ipsa cessabit, vel per Synodum com-  
 A.C. 1555. „ponetur, dummodo sedula adhibeatur  
 „cura. Equidem quinque postremi Pon-  
 „tifices ipsum etiam reformationis no-  
 „men abhorrebant, (\*) non quidem ex  
 „pravo affectu, sed ex eo, quod sub re-  
 „formationis obtentu a Sedis Apostoli-  
 „cæ hostibus Pontificiam auctoritatem  
 „imminui vererentur: Ego autem, pro-  
 „sequebatur Pontifex, econtra existimo,  
 „nihil æque facere ad hanc auctori-  
 „tem, vel conservandam, vel augendam,  
 „quam si reformationi diligenter incum-  
 „batur; si enim ad præterita redeamus  
 „tempora, facile perspiciemus, quod illi  
 „Pontifices, qui morum emendationi  
 „adlaborabant, plus ceteris auctori-  
 „tem suam ampliaverint: Præterea e-  
 „jusmodi emendatio unice tollit ea, quæ  
 „vana, superflua, & onerosa videntur,  
 „necnon luxum, pompam, superbos co-  
 „mita-

---

(\*) Continuator hæc ex Spondano descri-  
 bit, qui tamen unice hæc refert: *Reforma-  
 tionem Prædecessores suos non urfisse*: Ecce!  
 quam acerbè Continuator rem Lectori depin-  
 gere sciat, partim ut summis Pontificibus in-  
 vidiam accerferet, partim ut novo argumento  
 & quidem quasi ex ipsius Papæ ore testatam  
 redderet suam calumniam, qua Summos Pon-  
 tifices, quod a morum emendatione abhorrue-  
 rint, iterato incusabat.



„mitatus, atque immodicos, & superva-  
 „caneos sumptus redolent, quibus Pon-  
 „tificatus adeo non venerandus, ac Ma-  
 „jestate clarus evadit, ut potius vile-  
 „scere incipiat: demptis vero cunctis  
 „hisce vanitatibus potentia, honor, ac  
 „ærarium, quod regiminis nervus est, pro-  
 „ventus crescent, & quod ceteris plus  
 „est, summi Pontifices hoc pacto sibi di-  
 „vinum conciliabunt auxilium, quod o-  
 „mnibus sui muneris partes explentibus  
 „promissum est „ (\*).

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1555.

§. XCVII.

(\*) Rurfus Spondanus hanc in rem ea dun-  
 taxat adducit verba: *Reformatione nihil so-  
 lidum tollitur, sed vana tantum, & sumptuosa,  
 & gravia*: Continuator autem noster in car-  
 pendis Pontificibus admodum verbosus his  
 paucis haud contentus erat, sed a verbis his:  
*si enim ad præterita &c.* incipiendo cuncta ex  
 proscripto suo Sarpio suffuratus, ea Marcello  
 Pontifici affingit, quæ ab eo dicta Scriptorum  
 nullus recenset. An autem ex pompa, & co-  
 mitatu Pontificia potestas magis vilescat, di-  
 scere potuisset Continuator ex Ænea Sylvio,  
 seu Pio II. Pontifice, qui ejusmodi Zoilis Chri-  
 sti Vicarium esse pauperem volentibus ita re-  
 spondet: *Ita est: nam mendicante Pontificia Se-  
 de hæreses facilius serpent; vulgo ajunt, sapien-  
 tiam pauperis fumo viliores esse: locutus est  
 pauper, inquit Salomon, & omnes derident, lo-  
 cutus*